



AV 00

36a =

zu 36

Diss. 00

Abolvi per Dei gratiam

Disputationes XII

In CELEBRATISSIMO AUCTORIS DE RATIONE STATUS

Disputationes XXIV

LECTURIS

S.P.&O.P.D.

CHRISTIANUS THOMASIUS,

JCeus & P. P.



HALAE MAGDEBURGICAE

TYPIS CHRISTOPHORI SALFELDII REGIMINIS ELECT.

BRAND. TYPOGR.

132

io,
fa
lus
ir-
u-
ri-
us
m
.6.
o-
er-
lvi
ri-
ri-
alis
ro-
ne,
ité
ue-
am



Absolvi per DEI gratiam
Disputationes XII.
In CELEBERRIMI AUTORIS de RATIONE STATUS
Dissertationes XXIV.

Cum autem
circa quæstiones XII. paradoxas à me propositas
& disputationibus istis simul junctas,
multa dubia non paucis superesse audiam,
promissi mei memor,
in posterum singulis diebus Jovis ab hora X. ad XII,
si DEUS vires concesserit,
quamdiu Opponentibus restabunt,
absque Respondente dubia omnium,
quibus de istis quæstionibus mecum conferre placuerit,
& audiam, & iisdem secundum regulas bonæ
disputationis respondebo.

Ut autem
eo minus materia disquisitionis placidæ desit,
quæstionibus XII. hucusque ventilatis
addo jam novam quæstionem XIII.
simul cum istis prioribus, quamdiu DOMINIS Op-
ponentibus placuerit,
examinandam.

Sci-

Scilicet quæritur:
Quid sentiendum sit de ditcursu
CELEBERRIMI AUTORIS de RATIONE STATUS,
Tolerantiam dissidentium in controversiis religionis
spectante,
qui extat Disputatione 23. conclusione 4.-13. p. 359-380?

Respondeo:
Videtur & prudenter, & graviter & verè disseruisse,
Videtur hæc materia
& utilissima & ad disputandum maximè apta,
cum his potissimum temporibus, si unquam,
Tolerantia Hæc
& principiis rectæ rationis & regulis communis
Christianismi solidè fundata,
à plurimis turbido dissidii spiritu agitata,
etiam à nonnullis, qui præ reliquis excellentiora
tolerantiæ specimina edere deberent,
voce, clamoribus, calamo, clandestinis & apertis consiliis,
ut hæresis, vel si quod gravius crimen fingi potest,
publicè & privatim traduci soleat.

Adde

Adeste igitur
quotquot tolerantiam & spiritum pacis amatis,
quotquot sub larvâ Zeli sancti hostes vos esse
tolerantiæ profiteamini,
& vel dubiis non seriis occasionem suppeditate,
ut doctrina hæc ab hostibus pacis maximè intricata
distinctius atque clarius explicetur,
vel argumentis maximè seriis & hostilem vestrum
animum verè exprimentibus,
Veritatis pacificæ triumphum splendidiorem reddite.
Hic ostendere poteritis
Polemiciæ vestræ Scientiæ fructus.
Nam ubi nemini contradicendi arbitrium est relictum,
vel Thraso timidissimus Herois personam
mentiri potest.
Tu vero Pacis dator unice,
amoris & tolerantia legislator sanctissime,
sub cuius protectione hoc, quicquid est negotii, suscipio,
imple me spiritu pacis,
ut ope ejusdem, qui simul spiritus fortitudinis est,
profligare queam spiritum dissidii & vertiginis.

00 A 6336

ULB Halle 3
002 928 728




5b.

VD 17

Reho ✓







Av 00
Diss. 00

36a = 2u 36

Abolvi per Dei gratiam
Disputationes II.
In CELEBRIMI AVTORIS de RATIONE STATUS
Dissertationes XXIV.

LECTURIS

S.P.&O.P.D.

CHRISTIANUS THOMASIUS,
Jctus & P. P.



HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS CHRISTOPHORI SALFELDII REGIMINIS ELECT.
BRAND. TYPOGR.

132

